BENEDICTUS REGUARDATUS DE NURSIA · DE BALNEIS PUTEOLANIS · CINCIUS ROMANUS
Siena (?), 8. Jahrzehnt 15. Jh. /vor 1478 Seite 71r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8184
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



et mundate preparentur. ¶ Et melior
modus preparationis limatiarum est ut
cum testis sicut sunt ponantur in tacha
bo sup igne, fere pleno aque bullientis,
ubi stent quousque reincipiat ebullitio.
De inde capita et pectora, que extra te
stulam portant, dum ambulant, ab
earum testulis, et ventribus sequestrentur
et incineribus involuantur. ubi aliqua
li transacta mora, ut melius cineres
earum viscositate imbibantur: manibus
fricentur. De inde tociens in aqua cali
da abluantur, ut omnia a cineribus &
mucositate mundentur: post que cum
sale, aqua calida, et aceto fricentur. De
mum cum aqua frigida aliquociens la
uentur, ut albe et dare a viscositatibus
mundi remaneant. Et tunc elixari,
aut assari, aut subfrigi; aut in subte
sticijs: aut in musculis preparari possunt.
et cum diversis aromatibus et saporibus
condiri, secundum diversum decoquendi arti
ficium. ¶ Testudines autem licet macilentis